

Von jeher standen die Grafen von Sayn in Beziehungen zu der Abtei Marienstatt. Zwischen den Säulen des Presbyteriums der Abteikirche befanden sich früher lebensgroße Holzstatuen von Mitgliedern der Familie von Sayn in kniender Stellung. Vier solcher Statuen, die dem 18. Jahrh. angehören, sind in Marienstatt noch erhalten, darunter die eines Cistercienserabtes. Vom hochwürdigsten Herrn Bischof von Limburg, Dr. Dominicus Willi, O. Cist., erhielt nun der Verfasser obiger Biographie folgende dankenswerte Notiz: Zu Ihrer Vita B. Caroli möchte ich bemerken, daß der kniende Cistercienserabt im Kreuzgang zu Marienstatt kein anderer ist, als eben dieser Karl von Villers, weil angeblich aus der Sayner Familie stammend.

Traktat des Lodovicus de Placentia über Urbans VI. Wahl. (September 1378.)

(Aus Cod. lat. 62 Stück II. der Bibl. des Domkapitels zu Merseburg.)

Herausgegeben von Dr. Fr. Bliemetzrieder.

In nomine Domini. Amen. Allegaciones domini Lod[ovici] de Placen[cia]. Licet in tanta re, sicut est electio Romani pontificis, magna¹⁾ diligencia sit adhibenda, ut c. Ubi periculum de elec. li. VI., tamen de modo adhibito in creacione domini nostri Urbani pape VI. quiescendum a curiosi[tate] diabolica et preemptoria, ut XLII. di Quiescamus, cum prima salus sit²⁾ vicario Christi parere et sacrilegium committat qui de papa mentitur, ymo, sicut diabolus, sine venia puniri debet, ut notatur IX. q. ult[ima] Aliorum, et c. Serpens; nam nec ab imperatore, nec a legibus, nec ab omni populo debet Romanus pontifex iudicari; voluit enim Deus Romanum presulem sine questione reservari suo arbitrio, ut dicto c. Aliorum, et c. Nemo, et propterea nec a collegio cardinalium, cum nullam quasi auctoritatem sive iurisdictionem habeat collegium cardinalium eciam apostolica sede vacan[te], ut notatur plene per Archidiaconum c. Ubi periculum in magna glo[sa]. Tamen, quia narracio facti esset longa, licet utilis, eo quod quanto magis specificaretur tanto clarius detractoribus latrantibus silencium videtur inponi, nichilominus cum in quadam alia colleccione exponitur, clare et, (ut) ne de presenti attendentur audientes, ipsa facti narracione obmissa, ostendatur evidenter, quod ista electio non esset aliquatenus inpu[n]gnanda, tribus racionibus, et quehbet racio comprobabitur tribus

¹⁾ magna] ms.: mangna. Ich bemerke, daß ich im allgemeinen der Orthographie der Mss. folge.

²⁾ sit] ms.: fit.

modis, ut sic simus terni in omnibus, quorum quilibet sufficit ad sic demonstrandum, et quasi pro maiori parte declarabitur ex narratione in quadam epistola, que incipit: *Universis*, transmissa, ut dicitur, per XIII Cardin[ales].¹⁾

Prima ratio est, quia dicta electio fuit pura, libera et gratuita.

Et primo, quia ita presumitur, nisi contrarium manifeste probaretur, sed non protestacionibus, cum metum non iactacionibus et protestacionibus, sed atrocitate facti probari conveniat, ut l. *Metum C. quod me. causa*, et sic deberent probari pro luce meridiana clariores probationes, maxime quia non est verisimile in Urbe, in palacio papali tam sollempni per officiales Urbis, et tantos dominos dignitate cardinalatus fulgentes fuisse coactos, prout in dicta epistola continetur, ut l. *Non est verisimile ff. e. ti.*²⁾ sicut nec revera fuit facta. In dicta vero epistola sunt multa notorie falsa, et inter alia dicitur quod omnes fuerunt coacti die Iovis in mane VIII Aprilis eligere, cum tamen aliqui essent tunc absentes per aliquas dietas; sed bene comprobatur ex narratione in dicta epistola quod dicta electio fuit per dominos cardinales concorditer facta et eciam³⁾ gratis; dicunt enim: extimantes eum talis consciencie quod non acceptaret, eum elegerunt⁴⁾ et dictam electionem sibi presentaverunt. Sciebant enim ipsum non esse ambiciosum, nec multum curasse de translac[i]one et esse pre ceteris in curia quibuscunque existentibus bone consciencie⁵⁾ et sciencie, in theorica et practica expertum et adeo devotum, et propterea habuerunt sepius, ut dicitur, consilia cum eo in eorum tractatibus de persona eligenda ad apostolatam, eo quod in curia non esset similis sibi iuxta illud Iop. c. I.⁶⁾, cuius causa forte credebant, quod eam non acceptaret, et sic ut postea possent forte alium eligere ad eorum votum et sanctuarium Dei hereditate possidere. Sed de inma[n]tulacione,⁷⁾ seu intronizacione, quod idem est

¹⁾ Gemeint ist hier die Absetzungssentenz über Urban VI. »Cum propter falsam assertionem« Anagni, 2. Aug. 1378 (häufig gedruckt z. B. St. Baluze, *Vitae paparum Avenion.*, 2, 822—836). Richtig sind nicht 13, sondern 12 Kardinäle unterzeichnet, die 13. Unterschrift ist diejenige des Camerarius Romanae ecclesie, Petrus de Cros. Es kann übrigens auch das Rundschreiben, ddo. Anagni 9. August 1378 gemeint sein, das auch nur von den 12 in Anagni Versammelten ausging.

²⁾ Sic ms.

³⁾ eciam] ms.: eis?

⁴⁾ Dieser Satz ist wörtlich angeführt aus dem Rundschreiben der Kardinäle, Anagni 9. August (gedr. z. B. Raynald, *Annal. eccl.*, ann. 1378, nr. 48—50); die zit. Stelle ist hier nr. 49.

⁵⁾ consciencie] ms.: consciencia.

⁶⁾ V. 8.

⁷⁾ Sic ms.

secundum Archi[diacōnum], et de dicta presentacione non dicunt quod fuerunt coacti, sed solummodo quod fuerunt coacti eligere, et sic, negando solummodo eleccionem fuisse liberam, videntur assentire quod dicta inmantellacio sive intronizacio et presentacio eleccionis fuerunt libere et sine ulla coaccione, ut in c. Racionis¹⁾ bene dicitur, et ita revera fuit, ut eciam omnibus notorium existit. Et sic clare dicitur quod dato sed non concesso quod eleccio facta in die Iovis VIII Aprilis in mane non valisset propter pretensum tumultum populi, valuit tamen illa que facta fuit die Veneris sequenti post nonam in palacio in capella conclavis, ubi omnes card[inales], qui erant in Urbe, liberi et gratanter convenerant²⁾ ad presentandum et intronizandum eum; nam mantellare sive intronizare idem est quod eligere, ut dicit Archi[diacōnus] c. I. LXXIX. di., ubi: intronizatur, id est, eligitur, et [est] racio maxime, quia in eleccione Romani pontificis nulla forma est necessaria, ut c. Licet de elec. et ibi notatur, et quod sufficit quod appareat quod concordia duarum parcium intercesserit, et quod nominaverint eum ad habendum ipsum in papam; sicut fuit in casu nostro; nam dominus papa tunc, facta sibi presentacione eleccionis per eos³⁾ et ipsis volentibus ipsum intronizare et inmantellare, quesivit ab eis, antequam consentiret dicte eleccioni, si eligerant⁴⁾ ipsum libere et gratanter, et facta sibi responsione per primum episcopum cardinalium, quod non reperiretur in cronicis, quod umquam fuerit facta aliqua eleccio alicuius Romani pontificis ita concorditer et gratanter et libera, sicut ista, facta ex dispositione Spiritus sancti, et ita aliis asserentibus et petentibus eum in papam, et quod ipse acceptaret, consensit de eleccione, ipsis eum intronizantibus cum vestibibus et mitra papalibus et cantantibus Te Deum laudamus, pulsando campanam dicte capelle et annunciantibus in publico toti clero et populo, quod elegerant et habebant papam qui nominaretur Urbanus VI., et postea omnes alii cardin[ales], qui erant tunc extra Urbem, ac unus ex eis in partibus remotis, venerant ad faciendum sibi reverenciam tamquam Romano pontifici. Quomodo⁵⁾ ergo presumunt asserere, quod dicta eleccio fuit facta tumultu populi, cum fuerit sic libera, pura et gratuita eciam in die Veneris sequenti facta?

Item ad idem secundo, quod dato sed non concesso quod non fuisset per eos gratanter facta, tamen ex narratione in dicta epistola

¹⁾ Racionis bene dicitur] textus corruptus. — Ist c. 9 Rationis D. 100. gemeint?

²⁾ convenerant] ms.: cognoverant.

³⁾ eos] ms.: eas.

⁴⁾ Sic ms.

⁵⁾ Quomodo] ms.: male: qua, cum linea abbreviacionis.

demonstratur quod non fuit facta tumultu populi, cum ibi dicatur quod fuit facta metu tumultus populi, et differentia est inter coactionem et metum, ut c. Sacris extra quod me. causa; nam coacte facta aliquando improbantur, sed non facta per metum, ut ibi dicitur. Et in casu nostro non tumultu fuit electus, nec inmantellatus sive intronizatus, sicut dicitur fuisse de bo[ne] me[morie] domino cardin[ali] sancti Petri quamvis invito, ymo dictus dominus papa latuit de consilio dominorum cardinalium tempore dicti pretensi tumultus et iactacione ipsius pretensi tumultus. Et sic non potest dici quod fuerit tumultu populi factus, licet dicatur quod metu tumultus, ut supra dictum est et in c. Si quis pecunia LXXIX. di. videtur requiri¹⁾ quod tumultu populari.

Item tercio, quia dato quod tumultu populi fuisset facta electio, tamen ex quo tanto tempore usque ad diem IX²⁾ mensis Augusti, date ipsius epistole, non contradixerunt, videntur consensisse dicte electioni, quia, quam cito potuerunt, debuissent contradicere, alias videntur tacite consentire quod fuit de eorum libera voluntate, ut notatur in c. Sicut³⁾ de simo., et de spon. Ad id quod,⁴⁾ ymmo⁵⁾ expresse postea consenserunt concorditer dicte electioni facien[tes] sibi omnem reverenciam tamquam Romano pontifici in astando sibi et cum eo participando publice in omnibus ecclesiis patriarchalibus sollempnibus Urbis ad officia divina tamquam pape, et in die dominica palmarum petendo et recipiendo ab eo palmas et olivas et eundo secum ad processionem, ut est moris, et in die Ioris sancta et anathematizando in publico platee sancti Petri omnes persequentes ecclesiam Roman[am] et proiciendo ibi candelatas albas accensas in vim anathematis sentencie tunc facte per papam, et in faciendo relaciones de episcopatibus et abbaciis per ipsum eis commissas, et in faciendo provisiones de dictis dignitatibus, et in consecrando et benedicendo episcopos et abbates in quibuslibet partibus christianitatis, et in tradendo pallium⁶⁾ archiepiscopis ex commission[e] et auctoritate dicti domini⁷⁾ pape, quod sumptum secundum tactum⁸⁾ de corpore sancti Petri, in quo pontificalis officii, et c[etera], et non ab aliis nisi a Roman[o] pontifice concedi potest, et in dominica Resurrexionis Domini in coronando ipsum in dicto pulpito ecclesie, in quo tota nocte pernoctaverunt vestiti vestibus et mitris cardinalasticis, exorando Deum ad altare maius sancti Petri pro salute dicti domini pape

¹⁾ requiri] ms: requirere.

²⁾ IX.] ms: XI mi.

³⁾ c. 33. X, 5, 3.

⁴⁾ c. 21, X, 4, 1.

⁵⁾ Sic ms.

⁶⁾ pallium] ms: palacium!

⁷⁾ domini] add. ms., sed delet: nostri.

⁸⁾ sumptum secundum tactum] in ms. textus corruptus

et tocius populi christiani sibi crediti et commissi, sicut et postea continue fecerunt et fieri fecerunt ad missas in eorum capellis usque ad mensem Julii, et in petendo ab eo absolucionem et faciendo se absolvi a sentenciis excommunicacionis et irregularitatis, a quibus non poterant absolvi nisi per Roman[um] pontificem, qua absolucion[e] ab eo recepta se reputaverunt et repulant pro absolutis, et in recipiendo inramenta a prelatiis et a laicis per publicas scripturas, quod¹⁾ essent perpetuo obediens] domino Urbano pape VI. Unde omnia²⁾ predicta sunt indicia manifesta, quod libere et concorditer consenserunt et concordarunt gratanter, quod esset papa, ut l. Indicia C. de probac., ymo per predicta apparet³⁾ de expressa et gratuita concordia et libero consensu, quia non refert quis voluntatem suam declarat verbis au factis, ut l. De quibus ff. de legibus,⁴⁾ et eciam fuerunt verba clara de expresso et spontaneo consensu, ut supra dictum est. Ex quo prosequitur quod dato quod prima eleccio fuisset facta tumultu populi, tamen ex quo postea concordia eorum intercessit altero per eos⁵⁾ non electo, dicta eleccio facta ab aliquibus libere convaluit, ut dicto c. Licet § Preterea ibi sumpto argumento in textu a contrario sensu, quia quodocunque postea concordia intercedat etc., et ita intelligit ibi Innoc[encius], alias enim nichil ibi dicere esset: nisi concordia intercedat; si vero intelligeretur: postea et quodocunque, altero non electo; et est ratio quia in eleccione Romani pontificis nulla forma est necessaria et multa singularia observantur in dicta eleccione, que non in aliis, ut ibi notatur et per Arch[idiac]onum] in dicto c. primo.

Ex quibus tribus mediis concluditur, quod dicta eleccio non potest impugnari, cum fuerit pura et libera, saltem illa que fuit facta die Veneris post nonam, et eciam dato quod fuisset metu tumultus,⁶⁾ non tamen fuit tumultu populi facta, et dato quod fuisset facta tumultu, tamen ex quo postea intercessit concordia altero non electo, convaluit dicta eleccio, ut supra monstratum est. Nec obstat dictum capitulum Si quis pecunia, nec c. In nomine Domini, ut infra deliberabitur.

Secunda ratio, quia dato sed non concessio quod dicta eleccio non fuisset libera, sed fuisset facta tumultu populi, et quod numquam postea concordia supervenisset, tamen non potest infringi.

¹⁾ quod] ms: que.

²⁾ omnia] ms: on?

³⁾ apparet] ms. oportet.

⁴⁾ l. 32, D. 1, 3.

⁵⁾ eos] ms: eas.

⁶⁾ tumultus] ms.: tumulatus.

Quod probatur tribus aliis mediis et pro evidencia premitto, quod electio a duabus partibus dominorum cardinalium dicitur concorditer et canonice facta; ita dicit glo[sa] in c. primo¹⁾ super ver[bo]: [et canonica], ubi dicit: quam dices esse canonicam, et idem dicit ibi Archi[diaconus] super verbo: Admittitur, et notatur in c. Ubi periculum et statim²⁾ dicitur. Item premitto, quod nulla exceptio potest obici pape canonice electo, id est, a duabus partibus, ut dicunt glo[sa] et Archi[diaconus] in dicto c. primo, nisi obiceretur quod esset hereticus, ut XL. di. Si papa, et tunc etiam non posset obici de heresi, nisi accusando, ut notat Archi[diaconus] in dicto c. Si papa, ubi approbat opinionem Innoc[entii] in dicto c. Licet. Item tercio premitto, quod de condicionibus et meritis pape et de modo electionis nullus est qui posset cognoscere, nedum summarie, nisi se subiciat alteri, ut II. q. VII. Nos,³⁾ et notatur in dicto ca[pitulo] Si papa, nec etiam de heresi posset accusari, nisi in consilio generali, quod per ipsum ordinaretur, c. Nullis, et c. [Nec] licuit XVII. di.⁴⁾ [His igitur premissis pro evidencia, satis clare constat quod dicta electio, dato quod tumultu diceretur facta, non posset infringi. Quod probatur tribus mediis.

Primo, quia nec electio facta per simoniam infringitur, ut dicitur in dicto c. Si quis pecunia in c. I. in glo[sa], et est casus in dicto c. Ubi periculum § p[er]ult[ima], ubi dicitur quod si Romanus pontifex commisit simoniam cum cardin[alibus] in faciendo se eligi promittendo et se obligando eis etiam cum inramento, quod dictus papa non tenetur stare dictis promissionibus simoniacis, et sic clare ibi dicitur quod valet electio et ita dicunt doctores et glo[sa] in c. primo. Cum ergo electio per simoniam non possit obici, de hoc ergo tumultu populi, cum tamen cetera crimina ecclesiastica respectu heresis et simonie pro nichilo reputantur, I. q. I. Reperiuntur;⁵⁾ nam ut dicitur in c. Si quis pecunia, de quo pars adversa dicitur facere suum fundamentum et male, illud c[apitulum] non potest habere locum: quod intronizatus dicatur apostaticus, nisi concurrant duo, videlicet, quod eligatur pecunia seu tumultu populari et quod [non] sit electus canonice; nam, ut dicit ibi glosa, si esset electus per simoniam, sed a duabus partibus et sic canonice, non videtur apostaticus; eadem ergo ratione et, si per tumultum populi fuerit electus, cum ista duo, pecunia vel tumultu, ad paria iudicantur in dicto c. Si quis pecunia, et textus ibi clare loquitur: Si tumultu

1) Nämlich c. 1 Si quis D. 79.

2) statim] ms: statum.

3) c. 41.

4) c. 5.

5) c. 7.

sine canonica electione fuerit intronizatus, quod intelligitur: ab aliis quam a card[inalibus], et ibi dicitur, et ita eodem modo intelligitur dictum c. In nomine Domini. Et potest esse una talis ratio, quia etiam coacta voluntas est voluntas, sicut et voluntas solummodo turbativa; nam coactus ad ire ad hereditatem heres est, ut l. Si mulier p[en]ultima § ff. quod me. causa,¹⁾ et c. Cum inter R. de electione²⁾ et notatur in capitulo Matheus de simonia,³⁾ sed sibi subvenitur per actionem: quod me causa, vel iudic[is] offic[io]. Et sic in casu nostro electus sive metu sive per coactionem⁴⁾ a duabus partibus est electus, sed contra electum nichil potest obici etc. Non obstat si dicatur: frustra diceretur: tumultu et pecunia, quia non electus canonice, ut dicitur, apostolicus, sed apostaticus. Ad quod respondendum quod illa verba multum operantur ad hoc quod electores possunt se tunc extra Urbem congregare et ibi eligere, et ista de causa fuit factum dictum cap[itulo]m, quia alias non posset electio fieri extra Urbem, cum locus sit de substantia, ut supra dictum est. Nec etiam obstat capitulum Quisquis⁵⁾ extra de elec., nec c. Si quis deinceps XVI. q. VII.⁶⁾ cum similibus, quia illa locuntur in aliis [e]lectionibus quam Romani pontificis, et etiam quia idem c. Si quis deinceps loquitur, quando ecclesia vel dignitas recipitur de manu laici; nam tunc idem esset de papa, ut dicto c. Si quis pecunia, et c. In nomine Domini etc. ut supra satis dictum est de hoc.

Secundo vero ad idem inducitur quare non posset obici electio⁷⁾ de tumultu, quia non est qui hoc recognoscere possit, ut dicto c. I. in glo[sa] magna⁸⁾ in fin[e], et in dicto c. Si quis, pecunia, et per Archi[diac]onum et alios doctores, ut supra dictum est.

Tercio ad idem quod non posset infringi electio facta tumultu populi dum tamen sit a duabus partibus facta, quia maxima inconvenienciam et absurditas sequeretur ad hoc quod dictum c. In nomine, et c. Si quis pecunia sic pertinaciter intelligitur; tunc sequeretur, quantumcumque tertia pars concorditer card[inalium] que non haberet gratum papam electum sine ulla causa, sicut nunc est, posset semper dicere quod electus ab aliis duabus partibus,⁹⁾ et se extra Urbem congregare et alium

¹⁾ l. 21, § 5.

²⁾ c. 16, X, 1, 6.

³⁾ c. 23, X, 5, 3.

⁴⁾ per coactionem] ms.: incoactionem.

⁵⁾ c. 43, X, 1, 6.

⁶⁾ c. 12.

⁷⁾ electio] ms.: electiva.

⁸⁾ magna] ms.: mangna.

⁹⁾ Eine etwas geschraubte Stilisierung! wird aus dem „concluditur“ klar.

apostolicum eligere; quod esset inducere causam faciendi continue scisma in clero et populo; quod iura in isto casu maxime abhorruerunt, et pro tanto statuerunt, quod contra electum a duabus partibus nulla possit obici exceptio, et quod nulla forma sit necessaria in electione Romani pontificis, ut dicto c. Licet, et propterea glo[sa] in dicto c. Si quis pecunia sic exposuit, quod intelliguntur illa capitula, quando non est electus a cardinalibus.

Ex quibus concluditur quod, si papa est electus a duabus partibus, et non potest sibi obici exceptio de simonia, vel tumultu, nec etiam de aliquo crimine, nisi de heresi, de qua non potest excipi, sed potest accusari, et quod de meritis et modo electionis Romani pontificis electi a duabus partibus non est qui posset cognoscere nedum iudicare, et quod, si electio tumultu facta posset infringi, sequeretur intolerabilis absurditas quod tertia pars cardinalium que discordaret, posset alium eligere extra Urbem sub conficto velamine quod electus a duabus partibus esset electus pecunia vel gracia humana, seu tumultu populari, et tantum scisma superinduceretur; quod iura abhorrent maxime in facto Romani pontificis.

Tercia et ultima ratio est repugnancia gestorum per dominos cardinales. Quare, etiamsi predicta vel aliquid predictorum non essent vera, non propterea domini card[inales] possent predictam electionem infringere. Quod probatur etiam tribus mediis.

Primo, quia regulare est in omnibus electionibus, quod nulli licitum est, postquam electum pro prelato suo habuit, postea electionem, nisi ex causis postea emergentibus, non valebit¹⁾ impugnare, ut c. Nulli de elec. li. VI.,²⁾ c. Dilectissimi,³⁾ si obiciatur in persona sive forma electionis, ut notatur per Archi[diaconom] in dicto c. Nulli super verbo: illum. Sciebant enim domini card[inales], qualiter fuerat electus et intronizatus et quanto tempore tenuerunt pro papa.

Secundo, quia prestiterunt sibi obedienciam ut Romani pontifici, et sic eadem sententia, si fuisset apostaticus, fuerunt cum eo mancipati, ut dicto c. In nomine Domini, ibi: cui quisquis adhererit, quia ipsi numquam contradixerunt usque ad dictum mensem Julii, et sic non habet locum excusacio; nam sunt eadem sententia apostasie involuti, [in] quam dicunt papam incidisse, cum quanto cito potuerunt, debuissent contradicere, ut supra dictum est, ymo non potest aliquo modo excusari, quod per coactionem consenserunt, eo quod mors eterna plus debet timeri quam temporalis, et melius est omnia mala pati quam

¹⁾ Sic ms.

²⁾ c. 8, 1, 6 in VI.

³⁾ c. 2, C. VIII, q. 2.

tanto malo consentire et timere Deum quam homines, ut dicto ca[pitulo] Sacris, et XXXII. q. V. Ita ne¹⁾ et XXII. q. 5. Si quis coactus,²⁾ quanto magis ergo parcipiendo³⁾ cum eo in tantis criminibus secundum eos; inciderunt enim in crimine periurii sibi et eius nomine iuramento prestando et recipiendo, XXII. q. V. c. I.⁴⁾ et c. Qui periurat,⁵⁾ et c. Si quis et c. sequenti,⁶⁾ item in crimine apostasie et heresis, ut in dictis c[apitulis] dictum est, et in c. I. de scismaticis, item in crimine idolatrie faciendo reverenciam puro et simplici homini tamquam vicario Jesu Christi, item in crimine peccati in Spiritum sanctum menciendo Deo exorando ipsum pro Urbano papa VI. et populo christiano sibi commisso, et deludendo sanctam sedem apostolicam Romanam et decipiendo totum populum christianum in consecrationibus episcoporum et benedictionibus abbatum; et sic multa facinora possunt sub nomine dicti seismatis contineri, ut l. Quoniam multa facinora,⁷⁾ et extra de fals. c. I. Quid ergo potest excogitari gravius, quid horribilius et detestabilius, quam istud tantum scisma quod numquam fuit auditum, nec in scripturis repertum nisi nunc; propter quod satis videtur quod iuxta sit dies perdicionis et quod ad sic festinant se tempora.

Item ultimo, quia allegantes turpitudines suas non debe[n]t audiri et potissime in tanto crimine et in personis ecclesiasticis, ubi tanta inconstancia et rebellio et variacio reprobatur, et maxime in tantis dominis et in tanto negotio, de quo miserunt et scripserunt principibus mundi se elegerisse concorditer et canonice dictum dominum Urbanum, et nunc propter eorum propria comoda et defensiones dicuntur⁸⁾ hoc contravenire; ad quod bene faciunt verba que habentur in dicto c. Dilectissimi.

Et sic concluditur, quod non audiunt[ur] illi ad inpugnandum electionem prelati quem tractaverunt pro prelato, nisi ex causis que de novo ad eorum noticiam pervenissent, et quia sunt participes et mancipati eadem sententia quam volunt alteri obicere, et quia allegant turpitudinem suam, non debe[n]t audiri.

Unde ex predictis tribus rationibus, tribus mediis, probatis et ex quolibet ipsorum concluditur clare, quod quicumque in tanto scismate perseveraverunt, ab unitate fidei et quolibet[modo] semetipsos segregabunt ab unitate societatis beati Petri apostoli,

1) Ita ne] ms: Item not., cum linea abbreviationis. — c. 3.

2) c. 3.

3) Sic ms.

4) Qui compulsus.

5) c. 2.

6) c. 4 und 5.

7) l. 6, C, 9, 12.

8) dicuntur] ms: dicantur.

nec vincula peccatorum solvi nec ianuam poterunt regni celestis ingredi. Ita dicit canon¹⁾ in dicto c. Quicumque.²⁾

Unde sileant tales detractores et maxime dominus patriarcha Constantin[opolitanus], qui sibi per plures continue menses obedienciam exhibuit tamquam Romano pontifici, et advertat, quid de patriarcha Constan[tinopolitano] loquitur can[on] XXII. di. [De] Constan[tinopolitana] ecclesia³⁾ ibi: Stultus⁴⁾ enim est patriarcha Constan[tinopolitanus] qui primum esse se extimat et didicit contempnere Romanum pontificem, quia nescio qui ei subiectus non sit, et alibi dicitur quod tradicionem Constantin[opolitanam] apostolicam⁵⁾ sed[em] in iudicium voca[n]t, eadem di. et c. Qua tradicionem,⁶⁾ Constan[tinopolitane];⁶⁾ nam sacrosancta Romana et apostolica ecclesia non ab apostolis, sed ab ipso domino Salvatore nostro primatum obtinuit, eadem di. c. Sacrosancta.⁷⁾ Et etiam advertant dicti domini cardinales, quod dictus dominus noster papa dicitur esse vic[arius] verus et ipsi debent esse palmites, ut, si ipsi persistent separati ab eo, arrescant iuxta illud Jo[hannis] XV. c[apitulo]; non potest enim palme⁸⁾ fructum facere sine vite, sic nec aliqui domini cardinales sine summo sacerdote, ut dicitur ibi: Sine me nichil potestis facere.⁹⁾

Supradicte allegac[iones] sunt sub compendio scripte, quia ex recta consciencia cuiuslibet eas [legentis] supplicabuntur et reformabunt[ur] in melius, et etiam quia speratur verisimiliter quod huiusmodi rei detractores consciencia ducti et etiam timore pene, que inponitur Roman[am] ecclesiam sua presume[n]t[e] confundere et perturbare intendentibus¹⁰⁾ revertentur ad cor et ad unitatem Ecclesie et ad obedienciam dicti domini nostri pape. Quod quidem per sui gratiam concedat ille rerum conditor altissimus, qui fuit ecclesie Romane fundator, Jesus Christus qui vivit et regnat per infinita secula benedictus. Amen.

¹⁾ canon] ms: can?

²⁾ c. 27. C. XXIV, qu. 1.

³⁾ c. 4.

⁴⁾ Stultus] ms: stultum.

⁵⁾ Ead., c. 5.

⁶⁾ Constantinopolitane] ms. sub. lineatum. — Ead., c. 3.

⁷⁾ Ead., c. 2. — Der hier erwähnte Patriarch von Konstantinopel ist Jakob de Ibro, welcher bei der Verkündigung der Absetzungssentenz über Urban VI. am 9. August den feierlichen Sermon sprach (Baluze, Vitae pap. Avenion., 1, col. 1233; gedr. Martène, Thesaurus novus, II, 1075—1081).

⁸⁾ palme] ms: palmites.

⁹⁾ V. 4. 5.

¹⁰⁾ intendentibus] ms: intenditis?